



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 42. Calumniæ in S. Athanasium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

§. XLII.

Sæculum IV.
A. C. 328.*Calumniæ in S. Athanasium.*

Sancto Athanasio Arium recipere con-
stanter renuente, Eusebius Nicome- *Athan. ibid.*
diensis ad Meletianos scripsit, tempus *Socr. I. c.*
jam exigere, ut exequerentur, quæ com- *27. Cang.*
muni consilio statuissent, confingendam *gloss. gr.*
aliquam causam, in qua Athanasium ac-
cūlarent; postquam diu ingenium torse-
rant, tandem simul cum Eusebianis apud
Imperatorem conqueruntur, Athanasium
novum linearum tunicarum tributum
pro Ecclesia sua Alexandrina Ægyptiis
imperasse, idque a se primo exactum.
Imperatori tunc Nicomediae agenti tres *Ap. Athan.*
ex Meletianorum præcipuis nempe Ision, *ibid. p. 789.*
Eudemon, & Callinicus, quorum nomina
in indice Episcoporum Meletianorum a
Meletio S. Alexandro tradito inveniun-
tur, hanc accusationem deferunt. Per-
commodum accidit, ut duo Presbyteri
Ecclesiæ Alexandrinæ tunc Nicomediae
morarentur, qui facile objectum suo
Episcopo crimen diluerunt. Scribit ita-
que Imperator in Ægyptum, Isionem da-
mnat, Athanasio, ut ad se veniat, impe-
rat. Eusebius Meletianos retinuit in Re-
gia, atque ubi Athanasius advenit, alia
duo accusationis capita protulere, con-
tra Presbyterum Macarium alteram, qua
cum calicem fregisse insimulabant, alte-
ram

S. SYL
tis lib
næ, &
dam f
re nol
tibus
sunt,
Evn
Germ
Antic
gius I
nus,
thii A
lam
ad al
Fide
obfir
tem
quod
pisse
dei
thiu
hæc
iect
plac
lio
Sab
Mo

Sæculum IV. ram contra S. Athanasium, & quidem la
A. C. 328. sæ Majestatis crimen, cum dicerent, eum
Theod. I.
e. 26. Philumeni cuidam rebelli marsupium a
ro plenum misisse. Constantinus, aud
tis attente accusationibus Psammathia
prope Nicomediam, Athanasium inn
centem esse judicavit, & data Epistola
Ap. Athan. ad Populum Catholicum Alexandrinum
p. 779. remisit; in hac Epistola Imperator, pos
quam eorum nequitiam damnavit, qu
ut odia privata, & ambitionem explo
rent, Ecclesiam dividebant, & turbabant
subjungit: *Nihil malorum hominum u
vidia in vestrum Episcopum potuit. Cre
dite mihi, fratres mei! pessimum homo
num istorum studium est, optimum tempa
perdere, & pœnitentiæ salutaris occa
sionem in hac vita sibi met ipsi absolu
dere.* Et inferius: *Cum gaudio Episo
pum vestrum Athanasium recepi, & tan
quam viro Dei collocutus sum, iussi, u
meo nomine vos salutet.* Macarius quo
que Presbyter coram Imperatore absolu
latus est.

§. XLIII.

S. Eustathii Antiocheni Depositio.

Athan. ad. Alium quoque hostem Ariani pertin
solit. p. 812. sciebant Eustathium Episcopum Sed
Hier. ep. 84. Antiochenæ, ab Alexandrina secunda, in
orbe tertiae. Vir Confessionis laude in
signis, doctus, & eloquens pluribus edi
ti